

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Prelacio m cum fonte primo

Sic polleat episcopus sapientia ut non solum sibi creditum populum sufficienter doceat, uerum etiam cunctarum heresum queat contradictiones a catholica repellere ecclesia ne sua impericia imperitos minime doceat, et huiusmodi casu preuento eueniat illi quod scriptum est: Si cecus ceco ducatum prebet, ambo in foueam cadunt.

Qui uero talem se, ut diximus, esse ignorat, sacerdotium minime appetat, nec locum alterius usurpare presumat, presertim illius qui fulgore sue sapientie populorum potest corda lustrare.

Ambrosius ibidem (in suo pastoralis).

Sequitur deinde, et ait: *Docibilem (Ibid.)*, id est

sic polleat episcopus sapientia, ut non solum creditum sibi populum sufficienter doceat; uerum etiam et cunctarum queat haeresum contradictiones a catholica repellere Ecclesia, ne sua imperitia imperitos minime doceat, et huiusmodi casu praeventus eueniat illi, quod scriptum est: *Coeco coecus ducatum praebens, ambo in foueam cadunt* (Matth. xv, 14).

Qui uero talem se, ut diximus, esse ignorat, sacerdotium minime appetat, nec locum alterius usurpare praesumat, praesertim illius qui fulgore suae sapientiae populorum potest corda lustrare.

Auctor incertus, *De dignitate sacerdotali*, 4 (PL 17, col.573A-B).